

Ernst Johann Friedrich Mantzel

**Rector Academiae Rostochiensis D. Ern. Io. Frid. Mantzel, Ivr. Professor, O. O. O.
Civibvs Academicis Pias Meditationes Svppeditatrvs, Ad Can. 55 de Consecr.
Dist. I. De Hymno Angelico ... Deqve Nexv Gloriae Dei, Pacis Reip. Et
Tranqvillitatis Animi, Disserit Ac Simvl Edicta Qvaedam Mecklenburgica Contra
den Zwölften Et Sverstitionem Aliam, Festvm Natalis Domini Dehonestantem,
Exhibit, Tandemqve, Occasione Ministerii Angelici, Acvtioribvs Philosophis
Thema, De Emblematibvs Noctvrnis, Hvmanitfr Offert**

Rostochii: Typis Ioh. Iac. Adleri, [1740?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004029896>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1740. Weihn.

A 1256. 260.

M. 1740

RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,
D. ERN. IO. FRID. Manzel,

IVR. PROFESSOR,

O. O. O. CIVIBVS ACADEMIC

PIAS MEDITATIONES SVPPEDITATVRVS,

Ad Can. 55 de Consecr. Dist. I.

DE HYMNO ANGELICO:

Ehre sey GÖTE in der Höhe, und Friede auf
und denen Menschen ein Wollgefallen !



^{DE QVE}
NEXV GLORIAE DEI, PACIS REIP.

^{ET}
TRANQVILLITATIS ANIMI,

DISSESTIT

AC SIM V L

EDICTA QVAEDAM MECKLENBURGICA
CONTRA den Zwölften ET SVPERSTITIONEM ALIAM, FESTVM NA.
TALIS DOMINI DEHONESTANTEM, EXHIBET,
TANDEMQVE , OCCASIONE MINISTERII ANGELICI, ACVTI.
ORIBVS PHILOSOPHIS THEMA,

DE

EMBLEMATICVS NOCTVRNIS,
HUMANITER OFFERT.

ROSTOCHII,

Typis IOH. IAC. ADLERI, Acad. Typographi.

M. 1256 260

Can. 55. de Consecr. diff. I.

Hi duo solummodo hymni ab angelis in novo
testamento inveniuntur decantati : Alleluja at-
que Gloria in excelsis D E O.



a, Amic! O. O. Honoratissimi ! Pontifex Leo
IX. pie meditans & disponens, quod a septu-
agelima usque ad pascha , per novem he-
bdomades silere debeant in ecclesia hæc ju-
bilorum angelorum imitamenta. Ratio-
nes spirant omnino pietatem merenturque
huc referri, in gratiam illorum , quibus inter
Non - ICtos forte ad manus non est illustris.
sima & utriusque fori eruditis lectu summe

necessaria corporis Iuris Canonici pars anterior , Decretum nimirum
tripartitum. Audiamus Episcopum illum Romanum : Quos inquit,
(hymnos) Scptuagesima intermittimus , quia peccato hominis veteris &
conventu angelica jubilationis expulsi in huius misera vita Babylonem su-
per flumina ejus sedemus & flemus , dum recordamur illius Sion , in qua
Deum decet hymnus. Alleluja novem hebdomadibus intermittimus , scili-
cet usque in pascha , ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram
in gaudium vertit & alleluja nobis reddit. Respicit hue textus des
Sächsischen Lehn Rechts , cap. 4 in f. verbis : Und darzu die sie-
benzig Tage von der Zeit , da man das Alleluja hinlegt , bis aus-
gehend den Ostern. Libertas ecclesiarum , quas Protestantes appell-
amus , ab hoc pio rigore recessit , canimus enim per totum annum ,
singulis diebus dominicis : Allein Gott in der Hoh sei Ehr , & qui-
dem præente verbi divini ministro latineque intonante : Gloria in
excelsis D E O. Serupulosis rimatoribus , qui omnes etiam particulas
hymnorum latinorum eliminare , & ceu reliquias Papatus , everrere
gestiunt , respondet Ordinatio publica : Das Gloria und credo können ,
weil denen Leuten die Bedeutung wol bekant , bey behalten werden.

Exegesia hymnus ille : Gloria in excelsis D E O , qua sensum ver-
balem , non requirit , quia angeli tales pronunciarunt voces , quæ ex-
quisitissimæ & simul clarissimæ sunt. Observationem legalem circa
eadem jamjam indicavi : Ergo nil supereft , quam ut in piis medita-
tiones fecialium divinorum edicta convertamus .

Tria igitur sunt, quæ omnium actionum votorumque summam
exhauriunt, nimirum gloria DEI, salus Reipub. & tranquillitas animi
civis uniuscuiusque. Omnia studia omnesque artes eo collimant, ut
DEVS laudetur, ut pax sit in terris, ut singulis bene sit. Si quis li-
brum librorum scribere veller, rubrum ejus hoc statui posset: *De
gloria Dei, pace Reipublica & animi tranquillitate.* Quæ Theologus,
quæ ICtus, quæ Medicus, quæ Philosophus, in amplissimis medita-
tionibus, quatenus sobriæ sunt, volvere potest: quæ utilia in locuple-
tissimis bibliothecis reperiuntur, simpliciter ad illud centrum concur-
runt. Nunquam ergo gloriosius, concinnius atque concisius dici vel
esserri aliquid potuit, quam quod cantarunt angeli: *Ehre sey Gott
in der Höhe, Friede auf Erden und den Menschen ein Wohlgefallen.*
Nec puto me aliquid novi vel incongrui tradidisse, dum partem ter-
tiam illius hymni de tranquillitate animorum exposui; *Eudoxia* enim
a verbo *Eudoxéω* acquiesco evidentissime derivatur & descendit: Non
autem acquiescimus, nisi quando aliquid nobis bene placet: quæ vero
placent, tranquillant animum antea celerem atque nunc huc nunc il-
luc divisum, præterita cum dolore repetentem, futura cum tristi &
formidoloso præsagio sibi jam repræsentantem. Voces germanicæ:
Zufriedenheit, Ruhe und Stille des Gemüths, ex opposito, fluctu-
antis, imo astutans, animi, optime explicantur. Argute de animo a
regula deviante dicitur, es sey wie ein ungestümes Meer. B. Megalander belle cantat de impiis & insidiosis: *Darumb ist ihr Herz niem-
mer still, und steht allzeit in Furchten.* Verissima sunt dicta divi-
na: *Die Gottlosen haben keinen Friede*, Ies. XLVIII, 22. Der Gott-
lose bebet sein Leben lang Iob. XV. 20. Imperator noster judicem,
injustum & suum cuique haud tribuentem, appellat distractum alias
justiore petitione in *in l. ff. 31. depo.* & haud male dicimus de eo,
eius vultus prodebat inquietudinem, etiam studiose dissimulatam, er ha-
be so distractum ausgesehen. In genere equidem communis est illa di-
stractio mentis pii & impiis, nam & amicus Dei Abraham habet quæ
mentem affligunt atque turbant, dicens enim: *Ich gehe dahin ohne
Kinder*: audiens interrogationem Isaaci: *Wo ist das Schaff zum
Brand-Opfer?* motos, credo, sensit fluctus; Verum hæc est differen-
tia, quod pii turbati non plane conturbantur, quia clementia &
justitia divina atque vulnerum Christi recordantur & quia illos spes
confusa DEO alit, adeo ut dicere possint ex Psalmo XVIII, 7. *Wenn
mir*

mir angst ist, so rufe ich den HErrn an und schrehe zu meinen
GODE, so erhöret er meine Stimme. Hinc exporrecta fronte
fatis suis eunt obviam & Moysi, interne clamanti causamque pro diffici-
li habenti, additur animus dicendi : Fürchtet euch nicht, diese Egypter,
die ihr heute sehet, werdet ihr nimmermehr sehen ewiglich, Exod. XIV.
13. sqq. Quies igitur est, mediis in turbis externis, in corde pio-
rum : In mente impiorum autem turbæ sunt internæ, media in exter-
na quiete, nullus enim datur recursus ad illud : Der Nahme des
HErru ist ein festes Schloß, der Gerechte läuft dahin und wird be-
schirmt, Prov. XVIII., 10. Bona conscientia paradisus est, & si
DEus pro nobis, quis contra nos ? Felices igitur ter & amplius qua-
terque beati sunt, qui corporis & fortunæ mala non ad poenas mo-
rales uel naturales, sed ad crucis a DEO impositæ exempla referre pos-
sunt quique recte faciendo Ineminem & nihil timere debent.

Gloria in excelsis DEO, pax in terris & in animis tranquilli-
tas : Reliqua omnia sunt vana. Vana est scientia sine conscientia. Bru-
ta est tranquillitas, orta ex factis, quæ gloriam DEI impediunt & pa-
cem inter concives abrumpunt. Felix est Respublica, in qua DEVS
devote colitur : DEum enim timentibus omnia prospere cedunt: Be-
atus ille, qui suum cuique tribuit. Nexus igitur dari necessarium in-
ter hæc tria ab angelis cantata, quis est, qui diffiteretur. Finge rempu-
blicam sine numine, sive ex atheis practicis, quales multos medios
inter Christianos esse, ipso facto clarum est, consarcinatam, & versa-
beris inter colluviem perjurorum & sciarorum, tribus : hominum
nequam aliis insidiantium, vid. B. PVFENDORFIUS de O. H.
& C. L. I, cap. 4. §. 9. eleganter & instar omnium hoc thema pertractans.
Diffidentia & bella omnium in omnes pacem communem & tranquil-
litatem singulorum a foribus & cordibus arcebunt. Inspice statum Re-
rumpublicarum bello, sive cum hoste extraneo, sive cum civibus inte-
stino afflictarum & silentem inter arma & strepitus observabis justitiam
& pietatem. Representa tibi hominem in divinis humanisque floren-
tissima Republ. cuius mens perpetuo palpitat & vagatur & habebis
ideam inferni atque tumultus, Corpus igitur juris divini, cordi &
codici inscripti, pariter ac humani, hæc summa & non plura habet prin-
cipia : Promoveatur gloria DEI, pax reipublicæ & tranquillitas ani-
mi. Agamus hinc illud, Amici Honoratissimi ! ut omnia fiant sub ex-
ordio : In nomine Domini ! & cum epilogo : Soli DEO Gloria. Me-
dius

stiamur nostram salutem ex salute proximi nostri & ex regulis : quod
tibi vis fieri alteri quoque feceris, & : quod tibi non vis fieri, alte-
ri ne feceris. Conscientia non sit cauteriata , sed tranquilla, etiam, me-
dios inter fatorum impetus. Christus redemptor, Rex ille gloriae, fons
pacis & spes nostra amica per praecones angelos promisit & praestitit
nobis omnia bona. Lætemur igitur in illo nostro Salvatore.
DEO Trinuni sit laus & gloria in seculorum secula : Conservet pacem
Reipublie & aequiescentiam voluntatis illorum qui recte agunt. Con-
servet & tueatur orbem Christianum atque patriam nostram, quam pii
Principes semper admonuerunt ut hoc tempus religiose & sine impia
superstitione , terat. Audiamus enim , pro paginæ ratione, nonnullas
constitutiones : Anno 1663. d. 25. Iunii Dux GVSTAVVS
ADOLPHVS, beatiss. record. ad articulos inquisitionales, in visi-
tatione domestica adhibendos, hoc refert : Warumb man am St.
Stephani Tage allerley Euren und Untersuchungen anstelle ? Was
für heyllose Dinge man am Christ-Abend und in der Christ-Nacht
vornehme ? Ob man sich in der Stille, zu Mitternacht, nackend aus-
ziehe, und was man dadurch zu erforschen suche ?

Anno 1682. d. 25. Nov. Ita jubebat idem gloriosus Dux :
Demnach nunmehr die Advents-Zeit und das darauf erfolgende
Heil. Christ-Fest herbeÿ kommt, da, dem gemeinen Gebrauch nach,
allerhand vermußte Personen, unter den Nahmen des Christ-Kind-
leins, Nicolai und Martini auf den Gassen herumb lauffen, in die
Häuser entweder willig eingerufen werden, oder auch in dieselben sich
hineindringen, dergestalt, daß den Kindern eingebildet wird, als
wäre es das wahre Christkindlein, welches sie anzubeten angemahnet
werden : Nicolaus und Martinus auch als Intercessores bey demsel-
ben die Kinder zu vertreten sich annehmen, auch sonst andere, nich-
tige, unchristliche, mutwillige Dinge in Worten und Werken vor-
nehmen und treiben, in der That aber die Sache also bewand, daß
sie aus dem abergläubischen und abgöttischen Pabsthum, ja wol
gar, mutatis nominibus & personis, stockfinstern Heydenthum den Ur-
sprung hat, die Idolatriam crassam unterhält und dieselbe den Kin-
dern sub schemate alicujus religionis & devotionis beibringt ic. So
haben wir ic. ic. Sequitur prohibitio & admonitio interque alia haec
habentur : Wir lassen auch geschehen, welches ohne Alergerniß gesche-
hen kan, und vor Alters also gehalten worden, die umb diese Zeit
jbl. und also genannte Christverehrung und Neu-Jahrs-Geschenk &c.

Anno

Anno 1683. d. 17. Dec. Idem devotissimus Princeps sequens edictum promulgari jussit: Weil wir in Erfahrung kommen, daß in unserm Lande, absonderlich auf denen Dörfern umb diese Zeit des Jahres viel Abergläube getrieben wird, indem sie diese Tage von Weihenachten bis Epiphaniae Die Zwölften nennen, die Heyer-Tage darunter missbrauchen und in solchen Tagen vom Gewitter durchs ganze Jahr, irem von der Jagd, in specie von dnen Wölfen, die sie in der Zeit nicht nennen wollen, dabey aber auch nach ihnen am meisten jagen, auch von andern Dingen unchristlich zu urtheilen sich unterstehen, und das her nöthig ist, solch abergläubisch Wesen aus dem Grunde abzuthun, &c. Sequitur clausula pœnalis: Ita Pater Patriæ in altera parte Megapoleos: Excederem limites instituti, si ea quæ in parte altera emanarunt, & si edita Rostochiensia utriusque Magistratus recenserem. Reservo multa meis selectis juridicis Rostochiensibus iisdemque adnexis positionibus Mecklenburgicis, quæ aliquando summatim exhibebunt omnis generis Constitutiones patrias. Legatur omnino S. Rev. Dn. D. & Prof. ENGELCKEN, Fautoris, Collegæ & Affinis mei devenerandi Progr. Rectorale anno MDCCXXVII publ. Hæc ego, ex intimo affectu, & ceu devotus pro gloria DEI, quam lubenter & in aliis promoverem. Adeste Amici! & intrepide pro honore summi numinis laborate; Qui per talē operam etiam investivas excitat, confidat DEO, non erit primus, qui argumentum, de justitia divina dubitandi, præbebit. vid. Psalm. XXXVII totus & speciatim v. 5. 6. & CIII, v. 6. Deus omniscius & sine libello, sine testibus & sine juramentis judex est: Ergo sufficit summo Tribunalij judicis cœli atque terræ sua fata commississe, vid. Ps. XXXV, v. 22. seqq. Rationes decidendi sententiæ sunt in vers. 5. sqq. Ps. V. Du bist nicht ein GÖTTER dem gottlosen Wesen gefällt: Du bringest die Lügner umb. Conf. Syr V, 17. XX, 27. Qui aliam defensionem a vobis expectabit, illum ad complices malorum tuto referre poteritis. Legatur Ies. LVII, v. 11. Quot probi & honesti dantur viri, tot sunt defensores illorum in quo rechte agentes crabronum pungunt aculei.

Sed addidi in fronte, me velle philosophis thema *de emblematis bus nocturnis* proponere. Movit me amicus, per experientiam, de repetitionibus ut plurimum metaphoricis & de lusibus præfigiorum, futurorum vel adhuc incognitorum vel mere contingentium, plane pleneque convictus, quod sint altioris indaginis, quique somnia multa pellapat

appellat emblemata nocturna. Faciam ergo idem, rogans humanissime, ut thema illud meditacionibus subjiciatur indageturque : Num somnia quedam recte appellantur emblemata nocturna ? quis illa pingat ? qualemque usum & influxum habeat talis meditatio, in omnis generis veritates divinas pariter ac humanas ? Plura prohibet pagina.

Vos autem Amici dilectissimi ! gaudete in Domino. Vos, Domini Studiosi dilectissimi ! lubenter alloquerer & admonerer, sed quia boni volvunt ubiores pietatis Doctores & mali programmati, quorum abhinc copiam amplissimam, ex decreto Rev. Concilij, quilibet cupidus habebit, haud inspiciunt, paucis adhortationem expedire possum. Mementote, gloriam DEI esse finem ubique sumnum : ergo cultus sanctorum non sit tumultarius, cœn proxima Dominica IV Adventus in templo Mariano erat; graviter enim offendebamur, observantes non nullos, qui interdum ipsi, proh ! & eheu ! concionantur, durantibus hymnis deambulare & sub ipso præloquio cum strepitu abire. Mementote, quod ambiatis officia ecclesiastica, & cavete, ne vos aliquando stolatos credat cordatus auditor tantum pro salario vel propter famem tradere ea quæ ipso facto pro minus veris semper declarasti. Scitote, pacem Reipublicæ per humanitatis studiosos non esse turbandam. Haud negligite curam tranquillitatis animorum, diri enim sunt morsus conscientiæ ob annos academicos pessime consumptos. Curate ut valeatis ; spectat etiam ad hanc curam observatio legis seriæ : **Bombarde in civitate nequaquam dispropanda** : quam nuperime duo vestrum, quorum nomina nox haec tenus obscuravit, in platea Borgwall, pessime violarunt. Mementote ! quæ cur sitis hic ! Legite ea, quæ de impiis atque sceleris pileis illorum, qui, libertate abutentes, eadem indigni censebantur, in Rep. Romana fuero disposita. Quatuor sunt exempla morum in meliores mutandorum, qui in multis vestrum qua pileos se produnt. Quid si ad calcem usque pergerem. Quarite, quæc, laudem in correctione abusus pileorum. DEVS erit capitibus & cordibus propitius & hominum, quorum pietatem & humanitatem turbatis, benevolentiam vobis largiter conciliabit. Valete boni ! Valete etiam mali ! legite Caput III. Epistolæ posterioris D. Pauli ad Timotheum. Qui hoc monitum negliget, clausula Legis Cincia notatus erit.

Ehre sey GOTT in der Höhe ! Friede auf Erden und denen Menschen ein Wohlgefallen !

P. P. sub sigillo Rectorali Feria I. Nativitatis IE SV Christi
Anno MDCCXL.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004029896/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004029896/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004029896/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004029896/phys_0012)



Anno 1683. d. 17. Dec. Idem devotissimus Princeps sequi promulgari jussit: Weil wir in Erfahrung kommen, daß in de, absonderlich auf denen Dörfern umb diese Zeit des Jahr glaube ge rieben wird, indem sie diese Tage von Weyh Epiphania Die Zwölften nennen, die Feyer Tage darunter chen und in solchen Tagen vom Gewitter durchs ganze von der Jagd, in specie von dñen Wölffen, die sie in denunten wollen, dabey aber auch nach ihnen am meisten von andern Dingen unchristlich zu urtheilen sich unterstehet her nothig ist, solch abergläubisch Wesen aus dem G thun, &c. Sequitur clausula penalis: Ita Pater Patriæ in Megapoleos: Excederem limites instituti, si ea quæ in p manarunt, & si edita Rostochiensia utriusque Magistratus Reservo multa meis selectis juridicis Rostochiensibus iisdem positionibus Mecklenburgicis, quæ aliquando summatim omnis generis Constitutiones patrias. Legatur omnino D. & Prof. ENGELCKEN, Fautoris, Collegæ & Affinis randi Progr. Rectorale anno MDCCXXVII publ. Hæc ego affectu, & ceu devotus pro gloria DEI, quam lubenter & movereni. Adeste Amici! & intrepide pro honore sum laborate; Qui per talem operam etiam investivas excitat DEO, non erit primus, qui argumentum, de justitia dividit, præbebit. vid. Psalm. XXXVII totus & speciatim v. 5 v. 6. Deus omniscius & sine libello, sine testibus & sine judex est: Ergo sufficit summo Tribunalij judicis cœli atque fata commississe, vid. Ps. XXXV, v. 22. seqq. Rationes sententiae sunt in vers. 5. seqq. Ps. V. Du bist nicht ein Gottlos Wesen gefällt: Du bringest die Lügner umb. C 17. XX, 27. Qui aliam defensionem a vobis expectabat complices malorum tuto referre poteritis. Legatur Ies. Quot probi & honesti dantur viri, tot sunt defensores illorum recte agentes crabronum pungunt aculei.

Sed addidi in fronte, me velle philosophis thema a bus nocturnis proponere. Movit me amicus, per experientiam petitionibus ut plurimum metaphoricis & de lusibus praesagitorum vel adhuc incognitorum vel mere contingentium neque convictus, quod sint altioris indaginis, quique se



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 011